Inde & ſequitur·

Beatuſ uir cui non inputauit dn̄ſ peccatū· nec ē in ſpū eiuſ doluſ·

Prima ergo intellegentia ē· ut te noueriſ peccatorē; conſequenſ· ut cū ex fide p dilectionē bene coeperiſ operari· non hoc uirib, tuiſ deputeſ. ſed gratię dī; ita non erit doluſ in ſpū tuo· nec aliud in labiiſ habebiſ· aliud in cogitatione· At uero qui nolunt confiteri ſe peccatoreſ· laborant ſine cauſa· in defenſione peccator̄ ſuorū· iactanteſ merita ſua· non uidenteſ iniquitateſ ſuaſ· Et quanto in hoc laborant· tanto pluſ robur eorū & fortitudo deficit· Uide enī qđ ſequitur·

Quō tacui· inueterauer̄ oſſa mea· dū clamarē tota die·

Quid ē hoc· quaſi contrariū uidetur· quō tacui· inueterauer̄ oſſa mea dū clamarē· Si clamauit quomodo tacuit?; Tacuit unde pficeret· non tacuit unde deficeret· Tacuit confeſſione· ubi oportebat ut loqueretur· tacenſ merita ſua· clamanſ peccata ſua·; Clamauit pſumptione· pſeuerando in defenſione· hoc ē tota die· Et quid illi contigit· inueterauer̄ oſſa eiuſ· Quia ſi clamaret peccata ſua· & taceret merita ſua· innouarentur oſſa eiuſ· id ē uirtuſ eiuſ robuſta eſſet in dnō· quia in ſe inueniretur infirmuſ·

Quō die ac nocte grauata ē ſup me manuſ tua· conuerſuſ ſum in erumna mea· dum configitur ſpina·

Exaltantē enī ſe· humiliat dſ· grauat ſup illū manū ſuam· Noluit humiliari confeſſione iniquitatiſ ſuę· humiliatuſ ē aſſiduo pondere manuſ dī; & ex ipſa adgrauatione· conuerſuſ ē in erumna ſua· factuſ ē miſer· confixa ē ſpina· conpuncta ē conſcientia· datuſ ē ei ſenſuſ doloriſ· inuenit infirmitatē ſuā;, Et ille qui tacuerat confeſſione peccati· ut clamando in defenſione· inueteraſceret uirtuſ ei· id ē conuerteretur in uetuſtatē· modo confixa ſpina· cognouit

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 167, p. p.%20122 – Walahfridus Strabo, Commentarius in psalmos I-LXXVI (http://www.e-codices.ch/en/csg/0167/p.%20122)